



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et Insignia, Iconibus, additis genuinis

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Ordo Eqvitvm S. Mariæ, siue Elephanti in regno Daniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

ORDO EQVITVM S. MARIÆ
sive Elephanti in regno Danie.



Insignia
Equitum
Elephant.

Est in Dania (quæ veteribus Cymbrica Cherfontius dicta) Ordo militaris Elephanti Equitum, Divæ Virgini dicatus, quibus pro tessera est torquis aureus ex elephantis, castella tergo ferentibus, & calcaribus, quæ Equitum propriè sunt insignia, interpositis connexus, appensa inferius effigie Dei matris radijs solaribus circumdatæ, cui rursus orbicellus aureus tribus clavis insignis, certoque literario emblemate inscriptus, symbola omnia Christianæ pietatis, & Equestris dignitatis annectuntur. Cuius quidem instituti leges, & à quo conditas, rescire hæcenus non est

datum. Vidimus tamen non raro Regum Danorum insignia (quæ tres leones viridis coloris, Leopardos fœciales nuncupant, in campo aureo lachrymis sanguineis, seu cordibus humanis seminato, præferunt) eiusmodi cingulo, seu torque, ut hic exhibemus, exornata, & apud armorum Reges tali facie, inter Principum insignia est reperire. Fecit, & nobis copiam aurei nummi Franciscus Bergius vir munditiæ, & elegantiae in omni vita assuetus, & insigni nummorum antiquorum supellectile, alijsque prisca aui monumentis instructus, quo in pulvere viri Principes, uti quondam illust. fimo

A Pri n

Princeps Carolus Dux Croijus, & Arschotanus, & etiamnum nobilissimus vir Nicolaus Roxorius non tam splendere natalium quam consulari Antuerpiana in vrbe dignitate multisque virtutibus clarissimus alijsque desudant heroes. In cuius nummi antica parte videre licet effigiem moderni Regis Daniæ cum hæc inscriptione, *Christianus IV. D. G. Dani. Nor. Va. Go. Rex.* præfert enim is in publicis, tabulis Daniæ Noruegiæ Vandalorum, & Gothorum Regis titulum, ab altera vero *Dux Slesu Hols. Storm. & Ditmars. Comes in Olde. & Dela.* cui præter tredecim diuersorum regnorum, & principatum Imperij Danici expressorum insignia insunt arma gentilitia, Daniæ Cruci, cui Elephas iubest, superposita. Similibusque alius est nummus eadem serie, etsi mutato ordine, cum Elephantis castello onusti simbolo, præferens insignia, ex quibus constat ordinem Elephantini non infimo apud Danos loco censeari, & parentem dicti Christiani III eius conditorem asserunt. Huc facit, & cuius Hyeronimus Henninges meminit in Theatro suo Genealogico, vbi insignia regni Daniæ hoc ordine, & collari, quod Elephantem cum castro appensum præterdit, condecorata, Christierno IV. Regi consecrat dedi-

catque. Nec mirum Elephantis symbolum a Regi us Daniæ huic ordini cohonestando adsumptum, cum iunioribus virtutibus nobile hoc animal ab antiquis prædiceretur, & quod proximè ad humanam rationem accedat, fortitudine scilicet militari prudentia & fulcro imperiorum; Religione, quæ non nisi in hominem cadit, clementia Regia, quæ Cæsarem Deorum adscriptum numero; Augustum consecrauit. Pio cognomentum dedit, clementis. Imp. Maximino, Balbino, & Gordiano statuas cum Elephantis decreuit. Ad hæc Ægyptij Regem, per Elephantum simulacrum intelligebant, non ea tantum de causa, quod cum gregatim semper ingrediantur; is qui maximus est natu, gregem ducit, quod in regibus eligendis multarum nationum, & gentium mos fuit, ut id muneris senioribus demandaretur. Hinc apud Hæbræos Seniores, apud Athenienses Palæologi, apud Romanos Senatores rerum habenas moderare soliti: verum propterea quod habet hoc animi regij peculiare, ut genua non flectat, aded notabiliter, ut animalia reliqua, calcaneum verò leuiter incuruet: nam genua non flectere, dubio procul ostendit supplicandum non esse, flectere verò calcaneum, humanitatem, quia maximè præditus est, indicat.

